

VII, 2P.

2.608²

4
H. 652

AD
SACRA SOLEMNIA
AVSPICATISSIMI DIEI NATALIS
SERENISSIMAE PRINCIPIS
PRINCIPIS
CHRISTINAE SOPHIAE
NVPTAE PRINCIPI SCHWARZB. COMITIS
HOHENSTEINII DOMINAE ARNSTADII SONDERSHV
SAE LEVTENBERGAE LOHRAE CLETTEN
BERGAE cet.
NATAE PRINCIPE IN FRISIA ORIENTALI
DOMINAE ESSENI STEDENDORFII
d. 20 Apr. WITTMUNDI refl.
A. D. MARTII cl. 1o CCXXXX
IN LYCEO FRANCOHVSANO

LAETE SERVANDA
PERILLVSTREM VTRIVSQUE TRIBVNALIS PRAESIDEM PRAE
NOBILISSIMOS CONSILIARIOS ET SVMME VENER. SVPERINTENDENTEM
ADSESSORES EIVS GRAVISSIMOS VENERABILES SACERDOTES
CVM AMPLISSIMO SENATV OPPIDANO RELIQVISQUE
SCHOLAE PATRONIS.

PROLV. II.
DE
FRANCORVM DOMO

QVANTA FIERI DECET SVBMISSIONE ATQVE OBSERVANTIA
INVITATOS CVPIT
M. MARTINVS BORCK
LYCEI RECTOR

FRANCOHVSÆ
TYPIS IO. CHRISTOPH. KEIL.

FRANCI QVÆ OLIM FVERINT GENTES,
ET VBINAM TERRARVM SVAS FI-
XERINT SEDES?

Cum multae sunt de Francorum origine eorumque
sede antiquis temporibus opiniones disceptationesque:
tum omnium inanissima est, quae eos a Troianis reliquiis
superstites in Pannoniam ablegat, aut ad paludes Maeotis
cas ponit; a) male sedula credulitas aequo odio digna, at-
que illa, quae Saxonum originem ad Macedonici exerci-
tus, qui Alexandro M. duce orientem perdomuit, refert
reliquias. b) Nec meliore fato usi sunt scriptores quidam
Galli, qui eos e Gallis in Germanos secessisse probatum
iuerunt, dedecori sibi suaequo genti ducentes, ex hoc se
fusosque ciues sanguine cretos dici, GENEBRARDVS
scilicet et BODINVS, quos quidem Gallulos HADRIA-
NVS

B

- a) AIMONIVS auctor gestorum Francorum, et luctucenti inge-
nii scriptor HVNIBALDV.
- b) WITTICHIND. Saxo quam a Corbeia monasterio Corbeiensem
uocant, rerum ab Henr. I. et Ottone I. imperatoribus gestarum
libr. I. fol. 1. cui subscribere non dubitauit SPEELMANNVS
I. c. f. 364. GOBELINVS PERSONA, decanus Bielefeldensis
et officialis Paderbornensis WITTICHINDI figmentum aliis
figmentis pluribus iisque maioribus ampliauit in Cosmodromo-
co quod scripsit, aetate V. c. XI. f. 198. tom. I. rerum Germ. a
MEIBOMIO collectarum. Adde sis AVENTINVM, cuius hac
super re uerba citata leguntur ad Curtium p.m. 257. edit. HENR.
SNAKENBURGII Lugd, Bat, 1724. 4, omnium nitidissimae.

NVS VALESIVS et NICOL. VIGNERIVS, in primis
vero IO. NICOL. HER TIVS et HENR. de BVENAV ^{c)}
in pudorem dederunt, a finioribus instructi argumen-
tis. De Francorum prima sede ad mare Balticum quae di-
sputata sunt inter Germaniae duo heroas eruditos, LEIB-
NITIVM puta et GVNDLINGIVM, et hoc quidem ne-
gatiuam, illo uero adfirmatiuam sententiam multa erudi-
tione tuente, ea omnia ordine exposita legimus a BVR-
CHA. GOTTH. STRUVIO. ^{d)} Sed tantas componere
lites quim noltrum non est, neque longo fabularum syr-
mate remorandus Lector ueritatis amans. Inquirendum
nunc erit, quid de Francorum sede ueteres memoriae
prodiderint. Ariadne hic instar filii TABVLA erit PEV-
TINGERIANA, ^{e)} quod illam communi paene consen-
tione referunt ad labentis imperii Romani aeram, peni-
tius ad Theodosium M. unde et THEODOSIANÆ TA-
BVLAÆ nomen habet. ^{f)} Hanc uero gnauiiter etoluenti
inspici

^{e)} Hic quidem l. c. Ille uero p. 234.

^{d)} Praeceptore olim et Brabeuta meo et in urnis colendo, in der
vollständigen Teutschen Reichshift. p. 77, seqq.

^{e)} De qua praeter IO. ALB. FABRICIVM in Bibl. Lat. uol. I. indi-
dice multa natatu dignissima haber ANDREAS STEGERVS in
praef. libri de uis militaribus Romanorum in ueteri Cermania,
Lipstiae 1738. 4. editi, libri in tantum laudandi, in quantum soli-
da cum antiqua tum recentior eruditio intelligi potest, pag.
præsertim XI.

^{f)} Nam quae de Francis IVL. HONORIVS Orat. in excerptis, quae
ad geographiam pertinent, ut et ea, quae cosmographia AETHI-
CO temere ad scripta tradunt, nimis sunt generalia, gentem
enim

insipientique obscurum nullo pacto esse poterit. Francos
initio Rheno orientali et Oceano praetextos, circa ripas
Salae, Fleuique in Albim usque habitasse, iisque praeter
Bructeros, Amsiuatos, Angriuos, Chaueos, Frisios et
Chamanos adsoiciatos, breui protulisse fines in Cattos et
siluam Herciniam Nicrumque. Recte igitur Viri erudi-
tione pollentes praestantesque g) Francos, si primam eo-
rum originem species, Germaniae populum esse, ex plu-
ribus iisque diversis gentibus commixtum, quae sua anti-
qua nomina migrarint, Francorum accepto censem: quo-
rum quidem Virorum praeclarissimorum sententiae sub-
scribere hoc minus dubitem, quia, siquidem, quod non
sperauerim, animi fuerim falsus, grauissimorum aliorum

B. 2

fide

enim eos perhibent oceanii occidentalis, i. e. eius terrae partis,
quam nos Europam dicimus. ANONYMVS quidem, a patria
RAVENNAS dictus, geographiae libr. IIII. n. XXV. proprius in
rem nostram ait, *ad faciem patriae Francorum Rhinensum, est pa-
tria, quae dicatur Turingia, quae antiquitus Germania nuncupatur,
quae propinquatur & patria Saxonum p. m. 781. ed. POMP. ME-
LAE curante ABR. GRONOVI^O Lugd. Bat. 1722. 8. cui per-
se fatis splendidae nouum hoc *equum* cum antea laudatis duo-
bus opuscutis est adiectum: sed quum hic auctor Christia-
nus, nescio quis Gothus saeculo post natum Sotera VII. florue-
rit, eius auctoritate hoc in negotio non tuto latis staremus.*

g) Cum supra saepius laudatis SAMVEL PVFENDORFIVS in
der Einleitung zur Historie p. 319. PHIL. CLVVERIVS in
Germ. antiqua libr. III. c. 26. et 46. nec non SCHVRZFLEI-
SCHIVS in dispp. Histor. XX. p. 33. qui posteriores duo accara-
tiorem in designandis sedibus populorum Germaniae adhibue-
runt industriaem. Adde STRVII Syntagma hist. Germ. diss. V.

fide peccasse censendus ero ; qui error teste QVINCTI-LIANO honestus est. Ceterum, quibus quaeque dictarum gentium finibus fuerit circumscripta, curatus inuestigaturo, notatu digna HACHENBERGII uerba oculis ante usurpanda erunt, probeque mente ponderanda, quae haec sunt. Primo et quod excurrit seculo supererant ex ueteri appellatione nomina Bruckerorum, Angriuariorum Amsiuariorum, Chamauorum, Chassuariorum etc. quorum omnium sedes hac praescertim aetate accurate definire ob perpetuas migrationes non satis licet, minus qua via et modo hi populi fuerint uniti, aut in societatem ciuilem coacti, aut denique qui autores fuerint, ut adoptato Francorum nomine in florentissimae reipublicae decus emergerint. Haec ille. b)

§. V.

HAS GENTES EXEMPLIO ALIARVM NOMEN MVTASSE.

Quod uero istae Germaniae gentes prisca nomina mutarunt, non nouo aut inaudito ab ipsis id factum est exemplo, sed more antiquissimo uti frequentissimo. Ut enim de gente Hebraeorum, ab Hebero quarto a Semo ante ita dicta, mox uero ab Israel Israelitarum nomine insignita, nihil nunc, quod in uulnus notum, a) dicam : Persae per connubia Gerulos secum miscentes, quia saepe tentantes agros, alia, deinde alia loca petuerant semet ipsi Numidas, παγὰ τὸν μένειν i. e. pascere, colere, appellau

b) I. supra laudato p. 387. §. 26.

a) Vid. FRID. SPANHEMII intr. ad hist. sacr. V. T. Ep. II. n. III. 4.

lauerunt, narrante SALLVSTIO. b) Eodem pacto Scy-
tarum gens, quia pro sedibus habuit plaustra, quae Grae-
ci ~~αιδεῖας~~ vocant, dicta Hamaxobioe, uti scriptum legi-
mus ab POMP. MELA : c) et Pelasgi πλανῆται uocati sunt,
teste DIONYSIO HAL. d) De Germanis legi meren-
tur, quae Viri docti notarunt ad TACITVM de moribus
eorum. e) Batauorum quoque nomen, cum unius olim
in inferiori siue secunda Germania nationis fuerit: hodie
ob eius celebritatem, sibi etiam tribuunt uicini Belgae, in
primis, qui nunc foederati appellantur: de magna Britan-
nia, quod ad institutam disputationem redeundum nunc
est, nihil iam addo.

S. VI.

DVBIVM REMOVETVR.

His satis cognitis, quae iam explicata sunt de Fran-
corum ex diuersis Germaniae nationibus origine: intel-
lectu haud esse poterit difficile, nobis opponi nullo pacto
posse, quod Abbas DV BOS nuperrime ab se obseruatum,
cum orbe eruditio communicauit: a) Francos iam ante sae-
culum

B 3

- b) in bello Iugurt. cap. XVIII. 7. p. 501. edit. GOTTL. CORTII
Lips. 1724. 4; alias cap. XXI. p. 285. edit. JOSEPHI WASSE
Cantabrig. 1710. 4.
c) libr. II. de situ orbis cap. I. n. 19. p. m. 114.
d) libr. II. initio.
e) cap. II. p. m. 375. edit. IAC. GRONOVI Traiecti 1721. 4.
f) in epistola quadam in p. 7. disp. de foederibus, quae imperato-
res Romani cum Francis ante tempora Chlodouichi fecerunt, praefide

culum IIII cum Romanis foedus pepigisse; id quo d' loco quo-
dam SVLPITII ALEXANDRI, GREGORIO TVRO-
NENSI laudato b) probatum iuit, istius uerb a hæc sunt:
Eugenius tyrannus suscepitae expeditionis proicidu Rheni
limitem petiit, ut cum Alemanorum et Francorum regibus,
uetustis foederibus ex more initis cet. Primum enim nōs
saeculo III. Francorum mentionem in veterum monu-
mentis factam demum esse, non ante ea tempora, adfir-
mauimus, id quod Cl. Abbatis sententia minime tollit.
Deinde SVLPITII locus optime explicari potest iis, quae
modo proposuimus. Quodsi enim pro certo habeamus,
Francos populum antiquissimis temporibus fuisse ex aliis
nationibus, Romanis propter bella cum ipsis, non nisi du-
bio Marte gesta, notissimis, oriundum: eo ipso uideamus,
qui fieri potuerit, ut Eugenius saeculo IIII *foedera uetus*
cum *Francis* inire potuerit, ea puta, quae antea cum iis
icta iam essent, quum aliis quaeque earum nominibus ap-
pellaretur; quamquam foedera ante totum saeculum ini-
ta *uetusta* appellare, quid prohibeat, equidem non video.

§. VII.

QVO FATO FRANCI IN HAS TERRAS VENERINT.

Francos in parte Germaniae cis Rhenum confiden-
tes olim, mox et trans Rhenum constituto regno poten-
tissimo

sive D. IO. GVIL. HOFFMANNO Viteb, 1737. habitae, Conf.
Biblioth. Germ. parte XXXII, n. 14.

b) libr. II. cap. VIII.

tissimo, quod lacertos sub Clodoueo M. cum maxime mor-
uit, a paruis initii ad summa peruenisse, pluribus expli-
catum dare, praesentis non est instituti, a) cui abunde suf-
ficit ostendisse modo, quo fato in has peruererint regio-
nes, quas Nos summo summi ILLIVS rerum omnium
ARBITRI incolimus beneficio. Quam circa disputatio-
nem rite instituendam non est, quod multum cum tineis
et blattis conflictemur aut puluerem moueamus situ
squalidum, quem ferias hoc in negotio dudum nobis fe-
cerit CASPAR. SAGITTARIVS, historiarum dum uiue-
ret professor in Academia Salana mihi numquam sine
summa ueneratione gratique animi publica significatio-
nenominanda: b) Hic uero probatum ex antiquis scri-
ptoribus dedit. Thuringiam sexti Christiani saeculi anno
XXI^{lll} confoederatis Francorum et Saxonum armis de-
uictam, partem Francis partem uero Saxonibus in pae-
dam cessisse bellum. Testem huius adseri habet locupletem
GREGORIVM illum TURONENSEM: cuius uerba, pa-
ce E. L. illustrationis ergo hic adponenda curauit. Ita uero
ille. c) Theodoricus non immemor periurii Herminefredi regis
Toringorum, Chlodarium fratrem suum in solatium suum e-
uocat, et aduersum eum ire atponit promittens regi Chlodario
par.

a) Intermittere tamen non possumus, quin obiter saltem monea-
mus, Francorum regum Merouingorum accuraitionem. si quis
cupiat, recensionem inserit in leg. in IO. DAVID KOEHLERI
dis. de Carolo bellico, ultimo Burgundiae duce p. 8. seq.
de iurisdictione regni Francie conf. B. G STRVII collect,
MC fasc. I. c. XXXIII. p. m. 22. seq. et c. XXXX. p. 148. edit,
post.

b) de aliquo statu Thuringiae pag. in primis 27.

c) libr. III. gestorum Francorum cap. VII.

partem praedae, si iis munus uictoriae diuinitus conferretur.
Thoringi uero uenientibus Franci dolos praeparant. In
campo enim, in quo certamen agi debebat, fossas effodiunt:
quarum ora opena denso cespite planum adsimulant cam-
pum. In has ergo foueas, cum pugnare coepissent, multi Fran-
corum equites corruerunt. Et fuit illis ualde impedimentum:
sed post cognitum hunc dolum obseruare coeperunt. Denique
cum se Thoringi caedi uehementer uiderent, fugato prae timore
Herminefredo rege ipsorum, terga uertunt, et ad Onestrudem
fluminus usque perueniunt. Ibique tanta caedes ex Toringis
facta est, ut aliueus fluminis congerie cadaverum repleteatur: et
Franci tanquam per pontem aliquem super ea in litus ulterius
transirent. Patrata ergo uictoria regionem illam capessant,
et in suam redigunt potestatem. Non soli tamen Franci o-
mnem Thuringiam occuparunt, sed partem eius sponte
sua, promissi feantes, Saxonibus cesserunt; id quod lau-
datus SAGITTARIVS probatum dedit fide WITTL-
CHINDI, d) scriptoris Saxoniarum rerum antiquissimi:
quaes uero iuris Saxonici tum facta sint loca Thuringiae
CONRINGIVS nos edocet, qui uenere, inquit, istac rati-
one in Saxonum potestatem omnia Thuringiae usque ad Vn-
strutum amnem; reliqua Francis cesserunt, et rudera Saxon-
burgicae arcis ad Vnstrutum hodie supersunt. Cum ita-
que, pro instituti nostri ratione explicuimus, Franci un-
de ita sint dicti, quando innotuerint, quae fuerint gentes
et ubi locorum suas olim fixerint sedes, quo denique fato
in has regiones peruererint: dicendum nunc restat, u-
trum hi Franci Francorum in moenibus nostris aedem
exstruendam curarint?

S. VIII.

d) p. 8. l. c.

Atque ita tandem aliquando ad institum perficiendum nos accingeremus, nostram de dicta Francorum domo sententiam dicturi: nisi et maius longe ut sanctius alio nos auocatos impediret, illudque resumere alias iubegret. Laetitia scil. publica ob *auspicatissimum SERENIS-SIMAE PRINCIPIS NOSTRAE* diem natalem, nouo sidere corrufcantem coorta, et nostras musas pietatem uult colere, ne quod sine summo piaculo committere non possent, partibus suis defuisse uideantur: uotaque pro omnimoda *MATRIS PATRIAE OPTIMAE* salute iam denuo nuncupata, quibus qua sacrae qua priuatae aedes adhuc resonant, in Pindo repetita sunt duplicanda, solutis rite ante annum pie suscepitis. Nec desunt Musarum filii, qui id nomine omnium in sollempni concione peragere gestiant, simul eruditum aliquod thema, *praesentem eruditionis in Italia statum*, diuisis inter se partibus, summis lineis expressuri: sunt illi

GOTTL. DAV. CHRIST. ZIEGENBEIN,
Esperstadiensis.

IO. FRIDER. HEYDENREICH,
Thalebiens.

DAN. ADAM. GRAEFE,
Francoh.

IO. AVGVST. ZIMMERMANN,
Keloranus.

C

qui

qui singuli perorata causa, uotorum minime obliuiscetur pro **FRIDERICO ANTONIO**, Patre patriae optimo, ut et **IOANNE FRIDERICO**, Principe herede desideratissimo, nec non **TOTA DOMO SCHWARZBURGICA** Altissima quorum summa haec erit, ut Altissimus Ille felicia *Ipsi* omnia adfluere, perpetuaque *Eam* serie his terris suis, quibus Franci olim diu, imperare iubeat, dum erunt; hoc magis quod *Ipsi* quasi propria clemencia infelicem fieri sibi subiectum per se permittit neminem. Qua propter Maecenates atque Patroni, nec non reliqui Viri eruditи submisse obseruantque inuitandi sunt, ut honorem laetitiae publicae habeant, nec nostris interessе sacris, et splendore suo illa illustrare dedignentur, ingentis animi documenta statuentes, iuuenum optimorum conatus laudabiles optabili praesentia redidisse alacriores. Iis uicissim nostra nos, quantulacumque fuerint, studia deuouemus omnia. Dab. e museo die X. Kal. April. A. R. S. cl^o la CC XXXX.



Pon Yf. 80. 8



S. 6.

He



4
H. 638

AD
SACRA SOLEMNIA
AVSPICATISSIMI DIEI NATALIS
SERENISSIMAE PRINCIPIS
PRINCIPIS
CHRISTINAE SOPHIAE
NVPTAE PRINCIPI SCHWARZB. COMITIS
HOHENSTEINII DOMINAE ARNSTADII SONDERSHV
SAE LEVTENBERGAE LOHRAE CLETTEN
BERGAE et.
NATAE PRINCIPE IN FRISIA ORIENTALI
DOMINAE ESSENI STEDENDORFII
d. 20 Apr. WITTMUNDI refl.
A. D. MARTINUS 1513 CCXXXX
IN LYCEO FRANCOHVSANO

LAETE SERVANDA
PERILLVSTREM VTRIVSQVE TRIBVNALIS PRAESIDEM PRAE
NOBILISSIMOS CONSILIARIOS ET SVMME VENER. SVPERINTENDENTEM
ADSESSORES EIVS GRAVISSIMOS VENERABILES SACERDOTES
CVM AMPLISSIMO SENATV OPPIDANO RELIQVISQVE
SCHOLAE PATRONIS.

PROLV. II.
DE
FRANCORVM DOMO

QVANTA FIERI DECET SVBMISSIONE ATQVE OBSERVANTIA
INVITATOS CVPIT
M. MARTINVS BORCK
LYCEI RECTOR

*FRANCOHVSÆ
TYPIS IO. CHRISTOPH. KEIL.*